



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 91. Philippi Mornæi liber a Parisiensi Facultate Theologica proscriptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1599.

ad ambos residuos suos fratres perscripsit, demum vero die decima sexta Junii e carcere productus inter fervidissimas preces, uberesque pœnitentiæ lacrimas ferale pegma conscendit, ubi se a carnifice tangi haud sustinens pileum, ac colare sibi a Sodalibus abstrahi voluit, caputque suum ad pallum inclinans feralem iustum accepit.

§. XCI.

*Philippi Mornæi liber a Parisensi Facultate Theologica proscriptus.*

**E**odem adhuc Mense Facultas Theologica Parisiis Philippi Plesii Mornæi Salmurenſis Gubernatoris librum, cui titulus *Historia Papatus*, censura notabat. Hic idem Author Regi quidem acceptissimus, nec non tranquillitatis in Regno promovendæ studiosissimus erat, Calvinianæ tamen sectæ, quam profitebatur, socios, eorumque pertinaciam tam ore, quam calamo, auctoritate que sua potenter tuebatur, perversoque hoc studio animatus, ac præcipue Catharinam Henrici IV. Regis sororem in sua hærefi confirmandi ardore accensus pestiferum plane librum de Missæ Sacrificio, Romano Pontifice, aliisque christianæ Religionis articulis confarcinabat, cui sequentem præfixit titulum:

*De Institutione, ac veteris Ecclesiæ usu doctrina*

*Argentri*

*Conclus.*

*Facult. Pa-*

*ris tom. 2.*

*p. 535.*

*Guit. de*

*Pug. merve-*

*illes des fau-*

*feter du*

*Mr. Mor-*

*nay.*

Sæcul. XVI. doctrina circa Eucharistiae Sacramentum  
A.C. 1599.

& quomodo , ac quando sensim Missa sum  
subrogata. Hic liber eo magis pernici-  
sus erat , quo certius timendum , n  
Franciæ Rex non ita pridem ad veri-  
fidem reversus , cum huic viro plurimum  
faveret , perversæ ejus doctrinæ erro-  
bus denuo seduceretur , præcipue cum  
jam alii plurimi hoc libro ob styli elegan-  
tiam , quam ad supplendum veritatis  
defectum affectare hæreticis familiare  
est , decepti fuissent : ut igitur huic mo-  
lo , ac futuro periculo Parisiensis Fa-  
cultas Theologica tempestive præcave-  
ret , hoc anno die secunda Junii præf-  
ta juramenti Religione , ac præmio  
sacro solemni de Spiritu Sancto in ma-  
jori Collegii Sorbonici aula conventum  
habuit , ac re mature discussa hunc li-  
brum perlegi prohibuit , eumque audi-  
tis , collectisque singulorum Doctorum  
sententiis , demum censura notavit , cu-  
jus verba , utpote verum Religionis ar-  
dorem spirantia , huc recensere haud in-  
consultum erit: igitur Facultatis Deca-  
nus , ac Doctores hunc in modum per-  
orabant: Error , cui non resilitur ,  
probatur , & veritas , cum minime defen-  
tur , opprimitur , ait Joannes Papa ;  
gligere quippe , cum possis deturbare perver-  
sus , nihil aliud est , quam sovere , quemad-  
modum Authore divo Gregorio incauta lo-

atio

cutio multos pertrahit in errorem, & etiam Sæcul. XVI.  
indiscretum silentium eos, qui erudiri pote- A.C.1599.  
rant, in errore saepe reliquit, quam ob rem  
Majores nostri, si quando non apud Gallos  
tantum, sed vel apud exterias nationes, vi-  
cinosque populos nasci, aut renasci errores,  
ac hæreses, vel in moribus animadverterent,  
eosque a sectariis vel docendo, vel scriben-  
do Diabolo suadente prædicari, & spargi  
in plebem christianam intelligerent, illi sta-  
tim pro sua tum pietate, & doctrina,  
quam animi præstantia, ac fortitudine, or-  
dinisque authoritate, & officio, erroribus  
illis, ac impietatibus adhibita matura, gra-  
viique censura occurrere, hæreses illas extin-  
quere, ac ne latius serperent, & gregem  
domini inficerent, non tantum verbo, sed  
scripto etiam, cum opus fuit, & tempus  
exigebat, prohibere conati sunt.

Nos eodem studio permoti, eorumque  
vestigiis insistentes, cum nefarius quidam li-  
ber, cuius inscriptio est ( de Institutione;  
ac veteris Ecclesiæ usu, doctrina circa  
Evcharistiæ Sacramentum ) ab infelicis  
hujus sæculi Novatoribus sub Philippi Mor-  
næi nomine contra præcipuum Religionis  
Christianæ Sacramentum, & Sacrificium,  
tociusque visibilis Ecclesiæ caput Romanum  
Pontificem evulgatus in manus nostras inci-  
disset, compertumque haberemus, librum  
illum multorum teri manibus, ejusque virus  
exitiale non tam lateribus insidiari, ac re-

Hist. Eccles. Tom. LII. I i motis

**Sæcul. XVI.** motis civitatibus imminere , quam in form  
**A.C. 1599.** tissimi quondam Galliarum Regni præcipi  
membris , & visceribus insidere , & gra  
ri , & prædictum librum diligenter ,  
tamen sine fastidio , & mærore evoluimus  
ac ne malum istud velut cancer irremediable  
ovile Christi misere depasceret , hanc censu  
ram adhibendam , cautelamque populo Chris  
tiano proponendam esse duximus . Poterat  
sequebatur censura hujus tenoris : Pre  
dictus liber sub nomine Philippi Mornaei  
tus sacris divinæ Scripturæ Oraculis , oca  
menicis Conciliis , Patrum Orthodoxorum  
scriptis , doctrinæ denuo Catholicae , Ap  
stolicæ , & Romanae omnino contrarius  
utpote qui innumeris scatet erroribus ja  
pridem ab ea Ecclesia damnatis , ac repro  
batis , execrandisque blasphemis , impuden  
tissimis mendaciis , & omnis generis impo  
fluris , ideoque non modo non tolerari ,  
christianæ plebi quovis modo permitti ,  
flammis omnino deleri , ac comburi delect  
Rogat vero obnoxie eadem Facultas illigif  
simos Ecclesiæ Romanae Cardinales , ne non  
quanto potest , pietatis , & charitatis affectu  
obsecrat Reverendissimos Antistites , & in  
primis Reverendissimum in Christo Patrem  
Parisiensem Episcopum , ut pro suo officio ,  
& pietate ergalaborantem Ecclesiam omnium  
Matrem , ejusmodi librum , & quolibet su  
miles legi , haberi , ac servari prohibeat  
populis sibi a Domino concreditis sub ana

in form  
præcip  
G gra  
ter, m  
volvimi  
edicabili  
incensio  
culo Cen  
Poter  
is: Pro  
ornatio  
lis, ora  
dosoru  
æ, Ap  
arius q  
ribus s  
repro  
impuden  
ris impo  
ari, aut  
ittit, fa  
uri dabo  
illigib  
ne, ne  
is affect  
., & in  
Patron  
o officio  
omnium  
oslibet f  
obhibend  
sub ana  
thema

thematis pæna, & divini interminatione ju- Sæcul. XVI.  
dicii, ne sanguinem animarum, quæ hoc A.C. 1509.  
veneno corruptæ interjerint, qd illis repetat  
justus Iudex, cuius oves proprioce sunt.  
Exorat etiam, & hortatur in Domino Ma-  
gistratus omnes seculares, ac præsertim  
supremum Senatum Parisiensem, ut pro  
sanctissima Regis nostri Christianissimi inten-  
tione, ac voluntate, proque suo in tuenda  
Religione Catholica, & servanda justitia an-  
tiquo, & incredibili studio, suis, bono-  
rumque omnium votis adsint, & saveant in  
tam utili, & salutari officio, suamque au-  
thoritatem, & manum interponant, ut  
prædictus nefarius liber non Religioni modo,  
sed publicæ etiam paci, ac tranquillitati con-  
trarius de medio tollatur ad majorem Dei  
Omnipotentis gloriam, cui servire regnare  
est, ad Ecclesiæ pacem, totiusque Christia-  
nissimi Regni concordiam, & tranquillita-  
tem, suique Ordinis, & nominis perpetuam  
commendationem. Hac censura anima-  
tus Jacobus David Perronius Ebroicen-  
sis Episcopus, qui quarto post anno Ro-  
mana Purpura decoratus est, coram  
ipso Rege, & Judicibus a Rege depu-  
tatis adversus eundem Pleßæum Mor-  
næum apud fontem-bellaqueum publi-  
cam habuit disputationem, in qua hunc  
Auctorem quam plurimorum menda-  
ciorum, atque imposturarum palam

Li 2

con-



Sæcul. XVI. convincebat, hujusque concertation  
A C. 1599. acta publici juris faciebat.

## §. XCII.

*Diamperiense Concilium.*

*Acta Concil.* **H**ec item anno Mense Junio in oppo-  
*tom. 10. p.* Diamper, quod in Asia prope  
*1930. Spond.* vitatem a sancto Thoma dictam situm  
*ad hunc ann.* ab Alexio Menessio Goensi Archiepisco  
*n. 17.* po Ordinis sancti Augustini hortatu-  
*Possev. ap-* mentis VIII. Papæ celebratum repre-  
*par. verb.* mus quoddam Concilium provinciale  
*Diamper.* in quo capita ad stabiliendam Catho-  
cam Religionem, ac reparandam Ec-  
clesiae disciplinam spectantia non tan-  
decreta, quam in usum deducta dicu-  
tur, eo fine, ut Malabarica gens Ne-  
storianis erroribus seducta ad unam fi-  
dem revocaretur. Ceterum hujus Si-  
nodi acta quamvis haud integra Iulita-  
no sermone primum ab Antonio de Or-  
veca anno Christi millesimo sexcentesimo  
sexto Coimbræ vulgata extant eaque  
Joannes Facundus Raulin Auguſtinianus latine postmodum Romæ anno 1745  
edidit, notisque illustravit, atque en-  
ditis auxit dissertationibus: insuper Jo-  
annes Camporeus Jesuita, uti Poſe-  
vinus in suo apparatu testatur, Viſpi-  
cotta ex India Orientali hoc anno Christi  
millesimo quingentesimo nonage-  
mo nono die vigesima octava Nove-  
bris